

non tam ut meæ rusticationis fructus aliquis exstet, quam quia reliquæ hæc (utpote hominis sub Justiniano, ut dixi, scribentis, ideoque prædictis omnibus antiquioris) sub illis Homericæ vestis involucris relinquendæ non erant. Imo et meam interpretationem Latinam adjungendam esse putavi. Namque, ut legenti constabit, et novi aliquid continent, et in aliis historicis quædam emendant, et fontem unde multi hauserunt demonstrant. Quis Gargili Martialis quaternionem Neapolitanum non edendum judicasset, propterea quod rei rusticæ scriptor Palladius nonnullos ex eo locos sibi surripuerat? Speciosæ quoque scripturæ dignitas me delectabat, quæ vix uno sæculo a Justiniani, id est ab auctoris ætate, abesse videtur, nisi forte et synchrona credenda est. Hujus specimen, quantum una pagina codicis continebatur, omitta Homericæ veste, edendum ære curavi, delineatum affabre a meæ rusticationis comite Petro Matranga, viro Græca non minus stirpe quam doctrinis eluente.

Expectabunt, credo, lectores, ut horum fragmentorum auctorem, si fieri possit, revelem; sin minus, meas saltem conjecturas in medium proferam. Sane quinam Græci historici circa tempora Justiniani magni floruerint, demonstrant fere Photii Bibliotheca, Suidæ Lexicon, Nicephorus Callistus lib. i, cap. 1, et Byzantinorum historicorum collectio in qua nomina multa deperditorum laudantur, item Labbeus in Apparatu, Hodus in Prolegomenis ad Jo. Malalam, Vossius in Hist. Gr., denique magnus Fabricius in Græca Bibliotheca. Equidem suspicabar in primis de Theodoro lectore, cujus historia per annos, menses, et indictiones, ut fit in nostro, digerebatur. Veniebant etiam in mentem Zacharias scholasticus, et Petrus patricius; sed duos priores malebam, utpote ecclesiasticos: hæc enim Tusculana fragmenta auctorem laicum non videntur habere. Quid jam alios nominem, aut diutius hæsiol? præsertim cum hæc inquisitio paulo operosior sit, quam mei temporis olive ratio postulare videtur. Totum igitur hoc judicium caute supprimo, vel certe differo, in quo me ab aliis præverti letabor.

FRAGMENTUM I.

His prodigiis Juliano ipsi Augusto relatis, templi A
ædificatio cessavit.

Idem vero Julianus Augustus expeditione suscepta adversus Saporarsacem Persarum regem, contulit se Hierapolim, missis qui apud urbem Euphratesiæ Samosata naves pararent partim ligneas partim pelliceas, sicuti chronographus sapientissimus Magnus Carrensis scriptum reliquit, qui ipsius Augusti Juliani in comitatu erat. Deinde proficiscens Hierapoli, venit ad urbem Carras. Ibi autem duæ se obtulerunt viæ, una ducens Nisibin, quæ tunc erat Romanæ ditionis civitas, altera ad Romanum castrum, cui nomen Circisium, intra duo flumina situm, Euphratem atque Abboram, quod Diocletianus Romanorum imperator extruxit. Ibi B exercitu suo in duas partes diviso, Julianus Augustus misit Nisibin versus gravis armaturæ milites sexdecim mille, cum duobus ducibus Sebastiano et Procopio. Perrexit autem ad Circisium castrum ipse Julianus, ibique relictis, quotquot reperit, stationariis sex mille, adjectis aliis quoque gravis armaturæ militibus, cum duobus ducibus Acmeo et Mauro, discessit inde, Abboramque flumen ponte trajecit, præmissis per Euphratem navibus, quarum erat numerus mille et ducentæ quinquagenæ. Tum exercitu suo ad concionem vocato, habens

[Cod. fol. 69 a.] Καὶ ἀνηχθέντων τούτων τῷ αὐτῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ, ἐπαύσαντο τοῦ ἐπιβαλέσθαι τοῦ κτίσαι τὸν ναόν (1).

Κατιὼν δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαβουραρσάκου βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ἱεραπόλει· καὶ πέμψας κατεσκεύασεν πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλεως ὁ τῆς Εὐφρατησίης, τὰ μὲν διὰ ξύλων ὁ, τὰ δὲ διὰ βυσσῶν, ὡς ὁ σοφώτατος Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρηνὸς ὁ συνὼν αὐτῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἱεραπόλεως ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Κάραις τῇ πόλει· κάκειθεν δ' ὁ εὗρεν ὁδοὺς δύο ὁ, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὸ Νιτζίθιος ὁ πόλιν οὖσαν τότε ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἄλλην ἐπὶ τὸ Ῥωμαῖκον κάστρον καλούμενον Κιρκίσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀββώρα ὁ, ὅπερ ἔκτισεν Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν αὐτοῦ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, πέμπει ἐπὶ τὸ Νιτζίθιος ὁ πλίτας ἄνδρας μυρίου ἑξακισχιλίου, μετὰ δύο ἐξάρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου. Καὶ κατέφθασεν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς (2) [τὸ Κιρκίσιον κάστρον· καὶ ἐάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκίσιῳ κάστρῳ ὅσους εὗρεν ἐγκαθέτους στρατιώτας ἑξακισχιλίου, προσθεῖς] αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὁ πλίτας ἄνδρας μετὰ ἐξάρχων δύο [f. 69 b] Ἀκμέου ὁ καὶ Μαύρου (3), ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ παρῆλθεν τὸν Ἀββώραν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύρης, τῶν πλοίων φθασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν.

¹ Malalas καὶ κατιὼν. ² Sic est, non πόλει, tam in palimpsesto, quam apud Malalam. ³ Mihi videbatur legere in codice ποδῶν, quod interdum dici pro remis scimus. ⁴ Deest in Mal. ⁵ Malalas δύο ὁδοὺς. ⁶ Mal. τὴν Νίσιθιν hic et infra. ⁷ Mal. ποτέ. ⁸ Mal. Ἀββώρα. ⁹ Deest apud Mal. ¹⁰ Mal. Ἀκκαμέου. Ammiano lib. xxv, 1, est Machamaus.

(1) Perspicuum est, sermonem hic esse de prodigiis, quæ dum Juliani jussu templum Hierosolymitanum ædificaretur, evenerunt; quibus principi nuntiatis, ædificatio illa cessavit. Jam vero quum hujus rei nullam prorsus mentionem faciat Joannes Malalas, vel hinc satis cognoscitur, hanc palimpsesti Tusculani Historiam alium præter Malalam habere auctorem. Quod autem reliqua quæ sequuntur de Juliano, sibi Malalas usurpaverit, ed. Venet. part. II, p. 8-9, hæc demum Byzantinorum, ut jam

in prævio sermone monui, parum laudabilis consuetudo fuit, ut a minoribus superiores pene ad verbum exscriberentur. Noster quoque valde imitatus fuerat Zosimum lib. III.

(2) Decurtata palimpsesti membrana, desunt hic tres versiculi, quos ex Malala sumimus. Damnum hoc perpetuum palimpsesto illatum fuit modo in inferiore margine, modo in superiore.

(3) Fratres erant hi, teste Ammiano loc. cit.

ὧν τινων πλοίων ὑπῆρχεν ὁ ἀριθμὸς μισν'. Καὶ συν-
αθροίσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων μεθ' ἑαυ-
τοῦ Ἀνατόλιον μάγιστρον, καὶ Σαλλούστιον ¹¹ ἑπαρ-
χον πραιτωρίων, καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ,
ἀνελθὼν ἐν ὑψηλῷ βήματι, δι' ἐξυτοῦ προσηφώνησεν
τῷ στρατῷ, ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ προτρέπων ¹², προ-
θύμως καὶ σωφρόνως ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν·
καὶ εὐθέως ἐμβαίνειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, ἀπελ-
θὼν ¹³ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ
πλοῖον· καὶ ἡγεῖσθαι αὐτῶν προσκο(ιλλ)άτορας ¹⁴
προσέταξεν ἄνδρας γενναίους τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγ-
κιαρίων καὶ ματτιαρίων μισν', κελεύσας καὶ τὰ σίγνα
αὐτοῦ βαστάζεσθαι (4), [καὶ τὸν κόμητα Δουκιανὸν,
ἄνδρα πολεμικώτατον εἶναι σὺν αὐτῷ, ὅστις καὶ
πολλὰ κάστρα Περσικὰ [f. 62 a] παρὰ τὸν Εὐφρά-
την κείμενα, καὶ ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων ἐν νήσοις
ὄντα ἐπόρθησεν, (καὶ) τοὺς ἐν ναυσὶν ¹⁵ λέντας Πέρ-
σας ἀνεῖλε. Βίκτωρα δὲ καὶ Δαγλάϊφον κατέτασεν
ὑπισθεν ¹⁶ τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι, καὶ ¹⁷ φυλάτ-
τειν τὰ πλήθη. Καὶ κατῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ
στρατοῦ παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διορυγῆς ¹⁸ τοῦ
Εὐφράτου, τῆς μισγούσης τῷ Τίγρει ¹⁹ ποταμῷ, καὶ
εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγριν ²⁰ ποταμὸν ὅπου μί-
γνυνται οἱ δύο ποταμοί, καὶ ἀποτελοῦσιν λίμνην με-
γάλην· καὶ παρέδωκεν ²¹ εἰς τὰ Περσικὰ, ἐν τῇ χώρᾳ
τῶν λεγομένων Μαυζανιτῶν, πλησίον Κτησιφώντος
πόλεως, ἐνθα ὑπῆρχεν τὸ Περσικὸν βασιλεῖον· καὶ ²²... κη ἐπικρατῆς γενόμενος ²³ τοῦδε ἀνόδου ²⁴
Βαθυλῶνος, ἦλθεν ²⁵ διὰ τὴν πεδιάδα τῆς αὐτῆς πόλεως Κτησιφώντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλή-
του καὶ τῆς Βαθυλῶνος ἐπιλθεῖν καὶ παραλαβεῖν (5).

Ὁ δὲ Σαβουραρσάκης [ὑπονοήσας ὅτι διὰ τὸ Νι-
ζίδιος [f. 62 b] ἤρχετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰου-
λιανὸς] ὥρμησεν κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλήθους αὐ-
τοῦ παντός· ἀπαγγελθέντος δὲ αὐτῷ ὅτι ὑπισθεν
αὐτοῦ ἐστὶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων παραλαβὼν τὰ
Περσικὰ μέρη, καὶ ὅτι ἔμπροσθεν ²⁶ ἀπαντῶσιν οἱ
στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ τὰ πλήθη ²⁷, γνοὺς ὅτι
ἐμεσάσθῃ, φεύγει ἐπὶ τὴν Περσαρμενίαν, δόλῳ πέμ-
ψας δύο συγκλητικούς αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς κατ' ἰδίαν
βούλησιν ῥινοτομήσας, πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα
Ῥωμαίων, ἵνα πλανήσωσιν αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ κατα-
διωχθέντα αὐτὸν φθασθῆναι ²⁸. Οἱ δὲ ῥινοτομηθέν-
τες ²⁹ ἦλθον πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, προδοῦναι,
φησὶν, θέλοντες τὸν βασιλέα Περσῶν ὥς τιμωρησά-
μενον αὐτούς. Ἀπατηθεὶς δὲ ὑπ' ³⁰ αὐτῶν ἐπομνημέ-
νων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς, ἠκολούθησεν αὐ-
τὸς ³¹ μετὰ τοῦ στρατοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς
τὴν ἔρημον καὶ ἀνυδρον ἐπὶ μίλια ρν' πλανηθέντας ³²

A secum Anatolium magistrum et Sallustium
præfectum prætorianorum, aliosque duces, de su-
blimi suggestu per se ipse milites allocutus est,
laudans eos, et adhortans ut alacriter et composite
adversus Persas decertarent : statimque inscendere
naves jussit, pergens et ipse Augustus ad paratum
sibi navigium : præcepitque ut procuratorum instar
præcederent viri strenui mille et quingenti ex
agmine lanceariorum et mattiariorum, quos etiam
signa imperatoria gestare voluit. Secum autem
retinuit Lucianum comitem virum pugnacissimum,
qui complura circa Euphratem, necnon in fluminis
insulis posita castra deprædatus est, Persasque in
navibus sibi occurrentes occidit. Porro Victorem
et Daglaiphum retro collocaverat post reliquas
naves, ut excubias agerent. Venit ergo imperator
cum universo exercitu per magnam Euphratis
fossam, quæ Tigridi fluvio miscetur, ipsumque Ti-
gridem ingressus est, quo loco uterque fluvius con-
currentes magnum lacum efficiunt ; transmisitque
in Persicos fines, in regione Mauzanitarum, prope
Ctesiphontem urbem, ubi Persicorum regum palatia
erant ; atque hoc ad Babylonem aditu potitus, per
Ctesiphontis planitiem incedebat, volens Babylonem
quoque, comitante senatu, adire, eamque in suam
potestatem redigere.

Interim vero Saporarsaces, suspicatus, impera-
torem Romanorum Julianum per Nisibin iter habere,
cum suis omnibus copiis contra ipsum properabat.
Mox nuntio accepto, quod sibi a tergo esset Ro-
manus imperator qui jam Persicos fines occupasset,
et quod sibi a fronte Romani duces cum magna
manu occurrerent, videns se medium teneri, fugit in
Persarmeniam. Duos tamen fraudulenter misit se-
natores suos, quibus consentientibus nares præci-
derat, ad imperatorem Romanorum Julianum, ut
cum fallerent quominus se persequendo attingeret.
Isti vero præcisas nares ostentantes, ad Romanum
imperatorem venerunt, prodituri, ut aiebant, Per-
sarum regem, qui ipsos eo supplicio affecerat. Ergo
ab horum perjurio idem Julianus Augustus deceptus,
D sequebatur ipsos cum exercitu : qui illum per de-
serta et inaquosa loca duxerunt ultra centesimum
et quinquagesimum lapidem cum exercitu errabundo

¹¹ Malalas cum unica λ. Sed rectius noster, uti reapse Latini scribunt. ¹² Mal. προτρέπόμενος.
¹³ Mal. εἰσελθὼν. ¹⁴ Ita mihi dubiæ erant in codice tres litteræ. Chilmeados quidem legendum putabat
in Malala προσκουλάτορας, quasi *excubitores* vel *exploratores*. Ego vero suspicabar legendum προκουρσά-
τορας *procuratores*, quo vocabulo sæpe utitur Ammianus in hac ipsa Juliani expeditione. ¹⁵ Ita pror-
sus videbatur in cod. At Malalas ἐν αὐτοῖς ὄντας. ¹⁶ Malalas ὑπισθεν. ¹⁷ Mal. sine καί. ¹⁸ Mal. διορυγός.
¹⁹ Mal. Τίγρητι. ²⁰ Mal. Τίγρητα. ²¹ Mal. mendose παρέλαθεν. ²² Legi nequit in cod. unum vocabulum.
²³ Mal. γενόμενος. ²⁴ Cod. videbatur ἀνόδου. ²⁵ Ita videbatur in cod. At Malalas γενόμενος Ἰουλιανὸς
ὁ βασιλεὺς ἐσχῆνωσεν ἐν πεδιάδι. ²⁶ Mal. addit αὐτῷ. ²⁷ Mal. καὶ πλήθη πολλά. ²⁸ Cod. videbatur
habere ἔμπροσθεν, loco φθασθῆναι. ²⁹ Mal. addit. Πέρσας pro Πέρσαι. ³⁰ Mal. παρ'. ³¹ Mal. αὐτοῖς.
³² Mal. πλανήσαντες.

(4) Item abscissi a codice tres versus.

(5) Hæc ad litteram propemodum, a vocabulo

Κτησιφώντος ad παραλαβεῖν, scripserat Eutyehia-
nus chronographus, teste Malala p. 10.

usque ad Desii, id est Junii mensis vicesimam quin- A αὐτοὺς ἐπ' εἰκάδι [πέμπτη τοῦ Δεσίου τοῦ καὶ Ἰου-
tam diem. νίου μηνός.]

FRAGMENTUM II.

[Igitur post Theodosii Magni, gente Hispani, regnum, imperavit filius ejus Arcadius Roma pro-
fectus, annis omnino xxiii, relicto in urbe Roma Honorio] fratre suo minore. Erat autem Arcadius vir acer et strenuus, qui statim post adventum suum Constantinopolim assumpsit imperii socium filium suum Theodosium qui dicitur Minor.

Arcadio regnante, pulsus in exsilium fuit sanctis-
simus Joannes Constantinopoleos episcopus, con-
spirantibus adversus eum Theophilo Alexandrino B episcopo, Severiano Gabalorum item episcopo, et Eudoxia Augusta ipsius Arcadii conjuge: missusque est ad Armeniæ urbem Cucussum. Itaque indicta exsilii sententia, accessit ad sacratissimæ Magnæ ecclesiæ Constantinopoleos baptisterium idem sanctissimus episcopus, ibique salutavit religiosis-
simam Olympiadem, Seleuci præfecti filiam, aliasque nobiles feminas: et post precationem, ecclesia est egressus. Interim vero ignis repente totam corripuit ecclesiam. Erumpens enim ex altari conscendit idem ignis per catenam lampadis, quæ super altaris concham perpetuo ardebat, univer-
samque ecclesiam inflammavit, circaque eam senatus ædes usque ad palatium: magnusque tumultus C consecutus est per ecclesiam et civitatem. Nam et episcopi diversarum urbium expellebantur, itemque variorum ordinum clerici, necnon monachi et laici homines, quotquot cum Ecclesia com-
municare renuebant propter Joannis episcopi exsilium. Multi etiam in dignitatibus constituti, plagis cædebantur, et bonorum publicatione mul-
tabantur, quia se a communione Ecclesiæ retraxe-
rant; neque idcirco quisquam communicare patie-
batur. Quia adeo senatorii quoque ordinis illustres

[Μετὰ οὖν τὴν βασιλείαν Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου τοῦ Σπανοῦ, ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀρχάδιος, ἐλθὼν ἀπὸ Ῥώμης, τὰ πάντα ἔτη κγ', ἐάσας ἐν Ῥώμῃ Ὀνώριον] (6) τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μικρότερον. Ἦν δὲ περίγοργος καὶ [f. 67. a.] ἐνδρανής· καὶ εὐθέως ἐποίησεν ἐλθὼν βασιλέα ἐν Κων-
σταντινουπόλει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοδοσίον τὸν Μι-
κρόν (7).

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Ἀρχαδίου ἐξ-
ωρίσθη [ὁ ἀγιώτατος Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος Κων-
σταντινουπόλεως (8)] κατασκευασθεὶς ὑπὸ Θεοφίλου
ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τῆς μεγάλης, καὶ Σευ-
ηριανοῦ ἐπισκόπου Γαβύλων, καὶ Εὐδοξίας Αὐ-
γούστας γυναικὸς τοῦ αὐτοῦ Ἀρχαδίου· καὶ ἐπέμφθη
εἰς Κούκουσσον πόλιν τῆς Ἀρμενίας. Καὶ ἐν τῷ
ἐξορίζεσθαι αὐτὸν, κατελθὼν ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ
τῆς ἀγιωτάτης Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινου-
πόλεως ὁ αὐτὸς δσιώτατος ἐπίσκοπος, ἡσπάσατο
Ὀλυμπιάδα τὴν εὐλαβεστάτην, τὴν θυγατέρα Σε-
λεύκου (9) τοῦ ἀπὸ ἐπαρχῶν, καὶ ἄλλας σεμνάς
γυναῖκας· καὶ εὐξάμενος ἐξῆλθεν τῆς (10) [ἐκκλη-
σίας. Ἐν τούτῳ δὲ πῦρ ἐξαπίνης πάντοθεν τὴν ἐκ-
κλησίαν ἐπεδόσκειτο· ἐξῆλθεν γὰρ ὄρμῶν (11) ἐκ
τοῦ θυσιαστηρίου (12), καὶ [f. 67. b.] ἀπῆλθεν τὸ
αὐτὸ πῦρ διὰ τῆς ἀλύσιδος τῆς ἀκοιμήτου κανδήλας
τῆς κρεμαμένης ἐπὶ τῇ κόγχῃ τοῦ θυσιαστηρίου,
καὶ κατέκαυσεν πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐν κύκλῳ
τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας [τὸν συγκλήτου οἶκον] (13)
ἕως τοῦ παλατίου· καὶ ἐγένετο παραχῇ μεγάλη ἐν
τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ πόλει. Ἐξωρίζοντο γὰρ
ἐπίσκοποι ἀπὸ διαφόρων πόλεων, οὐ μὴν ἀλλὰ
καὶ κληρικοὶ ἀπὸ διαφόρων ταγμάτων, καὶ μονά-
ζοντες καὶ λαϊκοὶ μὴ θέλοντες κοινωνῆσαι τῇ Ἐκ-
κλησίᾳ διὰ τὴν ἐξορίαν Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου· καὶ
πολλοὶ δὲ ἐν ἀξίαις ὄντες συγκλητικοὶ ἐμαστίζοντο

diversis ab auctore nostro verbis.

(8) Hæc supplevi verba, quæ in codice desunt, relicto duorum ferme versiculorum spatio. Hi videntur licet auro vel colore aliquo insigni scribendi fuerant, propter hominis dignitatem.

(9) Animadvertamus parentem Olympiadis Seleucum, propter ea quæ aliter dicuntur a Savilio in monito p. 529, t. III, opp. Chrys., Montfauconio tamen editore subdubitante. Ne Nicephorus quidem Callistus, quanquam multa de Olympiade dicit lib. XIII, 24, parentis nomen prodiderat, tantum nobili genere ortam affirmans.

(10) Desunt tres saltem versiculi.

(11) Hæc supplementa partim sumo ex Sozomeno lib. viii, 22, qui tamen nullatenus cum nostro verbis congruit. Reminorunt etiam Socrates lib. vi, 18, et Palladius in Vita Chrysostomi.

(12) Ita legebam in cod. Palladius autem minus probabiliter ait ex sede episcopali erupisse ignem. Alii incensam fuisse a populo ecclesiam dicunt.

(13) Obscuratum hic codicis locum supplevi utcumque ex Palladio.

(6) Hactenus est in palimpsesto pagina vacua, relicto quatuor versiculorum spatio. Id autem accidit vel quia scriba locum reliquerit illuminatori, qui eos versiculos utpote novi libri primos, auro vel alio colore scriberet, quod postea factum non fuit, ut ego in multis codicibus usuvenisse cognovi: vel quia reapse scripti fuerint colorati versiculi, quorum tinctura in faciundo palimpsesto eluta fuit: neque enim colores cæteri tenacitatem atramenti retinent, ut ego pariter aliis exemplis comperi. Hæc super re scripsi accuratius in monito ante librum II Cic. *De rep.* Verba autem hic supplevi ex Malala p. 17, uno vel altero omissio vocabulo, quæ spatio non quadrabant.

(7) Omnia quæ deinceps sequuntur de Chrysostomi exsilio, desunt apud Malalam, qui statim claudit narrationem suam de Arcadii rebus, obitu ejus tribus verbis nuntiato. Ergo hinc rursus evidenter patet, Malalam quidem nostro historico plagia multa fecisse, cæteroqui alium prorsus esse auctorem. Exsilium Chrysostomi brevissime memorat Theophanes p. 68, ed. Paris. quem exscribit Georgius Hamartolus ms. Narrant et alii historici, sed

καὶ ἐδημεύσαντο ἕνεκεν τοῦ μὴ κοινωνῆσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ οὐδεὶς ἠνείχετο κοινωνῆσαι. Ἀλλὰ καὶ σεμνὰς γυναῖκας τῆς συγκλήτου οὕσας κατέφερον ἐκ τῶν οἰκιῶν αὐτῶν σύροντες αὐτὰς ἀσχήμως δημοσίᾳ ἄνευ μαφορίων καὶ ὑποδημάτων· καὶ ἀπήτουν κατὰ κέλευσιν τοῦ αὐτοῦ Ἀρχαδίου βασιλέως καὶ Εὐδοκίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἣ κοινωνῆσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ· . . . ποταμὸν ἰχθυοῦ λα· . . . (14) [f. 64. a.] . . . [Ἐκέ] λευσεν [ἐνεχθῆναι τὸ μῆλον] καὶ ἔδειξεν αὐτῇ αὐτό· [καὶ ἡγανάκτησεν ὁ βασιλεὺς] (15) τὸ λοιπὸν, καὶ ὑπενόησεν τὸν αὐτὸν Παυλῖνον [ἀγαπᾶν] αὐτὴν βασιλίσσαν Εὐδοκίαν ὁ Θεοδόσιος· διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἀνείλεν τὸν αὐτὸν Παυλῖνον ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδόσιος. Καὶ λυπηθεῖσα Αὐγούστα δέσποινα Εὐδοκία, καὶ ὕδρισθεῖσα· ἐγνώσθη γὰρ πανταχοῦ ὅτι δι' αὐτὴν ἐσφάγη ὁ Παυλῖνος, ὡς εὐμορφος νεώτερος· καὶ ἠτήσατο τὸν βασιλέα Θεοδόσιον αὐτὴν Εὐδοκίαν τοῦ κατελθεῖν εἰς τοὺς ἁγίους τόπους εἰς εὐχὴν· καὶ παρέσχεν αὐτῇ· καὶ κατήλθεν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Ἱεροσόλυμα εὐξασθαι, φησὶν (16). Καὶ εἰσελθοῦσα ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ (εἶπεν) ἐν τῷ βουλευτηρίῳ λόγον ἰγκωμαστικὸν εἰς τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν πόλιν καὶ τὸ λεγόμενον βουλευτήριον, καθημένη εἰσωθεν δίφρου ὀλοχρύσου καὶ διαλίθου βασιλικοῦ· καὶ ἔκραξαν αὐτῇ οἱ τῆς αὐτῆς πόλεως· καὶ ἀνηνέχθη αὐτῇ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ εἰσὼ εἰκὼν ἑνχρυσος, καὶ (εἰς τὸ αὐτῶν) μουσεῖον στήλη χαλκὴ εἰσὼ, (ἅτινα) ἕως τῆς νῦν ἵστανται. Καὶ φιλοτιμησαμένη τῇ τῶν Ἀντιοχείων πόλει· . . . (17) . . . [καὶ ἔκτισεν] εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰ [f. 64. b.], καὶ τὸ τεῖχος ἁγίον ἀνενέωσεν τῆς Ἱερουσαλήμ, εἰποῦσα ὅτι Δι' ἐμὲ εἶπεν ὁ προφήτης Δαβὶδ, Ἐν εὐδοκίᾳ σου οἰκοδομηθήσεται τὰ τεῖχη Ἱερουσαλήμ, Κύριε. Καὶ μέινασα εἰς τὴν αὐτὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ κτίσασα ἐκεῖ ἑαυτῇ μνημεῖον βασιλικόν, ἐτελεύτα, καὶ ἐτέθη ἐκεῖ ἐν Ἱεροσολύμοις· ἔνθα δ' ἐμελλεν τελευτᾶν, ἐπωμόσατο μὴ συνειδέναι τῇ κατηγορίᾳ τῇ γεναμένῃ κατ' αὐτῆς ἕνεκεν Παυλίνου (18).

Ὁ δὲ αὐτὸς Θεοδόσιος βασιλεὺς [ἐτελεύτησεν· ἦν δὲ] φύσιν ὠραῖος, λευκόχρους, εὐθετος, εὐρινος, εὐστηθος, μέλασιν ὄφροισι, ἀπλόθριξ, δασυπώγων· . . . ξ· . . . μεγαλόφυχος, εὐχαρ(ίεις), ἐλλόγιμος, παρὰ παντὸς τοῦ δήμου φιλούμενος καὶ τῆς συγκλήτου.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου καὶ Βαλεντινιανοῦ (19) ἐπεστράτευσεν κατὰ Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως Ἀττίλας, ὁ ἐκ τοῦ γένους τῶν Γηπιδῶν, ἔχων πλῆθος μυριάδων πολλῶν, δηλώσας

(14) Graphice narrat hanc adversus Chrysostomi seclatores persecutionem etiam Sozomenus lib. viii, 23, et 24. Et quidem inter multatos ob eam rem pecunia ponit duas illustres feminas Olympiadem et Nicaretem.

(15) Res ex aliis quoque historicis satis nota. Scilicet Theodosius imp. insignis magnitudinis pomum Eudociæ conjugii obtulerat; hæc Paulino juveni aulico transmiserat; qui præcedentium ignarus, Theodosio ipsi pomum idem dono misit: qui zelotypia commotus, uxorem interrogavit, quidnam demum pomo illi factum esset. Illa se manducasse mentita est. Tum pomo prolato Theodosius uxorem acriter increpuit, et deportatum præcui Pau-

matronæ ex ædibus suis trahebantur inhoneste in publicum, capitibus nudatis et excalceatæ. Exigebatur autem, jussu ipsius Arcadii Augusti et Eudociæ conjugis, ut vel cum Ecclesia communicarent, vel magnam auri vim persolverent . . .

. . . Pomum afferri jussit, eique ostendit; iraque cum jurgio concepta, suspicatus quoque est a Paulino Eudociam Augustam amari: quam ob rem, eundem Paulinum interfici jussit imperator Theodosius. Hinc Augusta domina Eudocia mœrore correpta, et se contumelia affectam putans, quia ubique innotuit quod ejus causa Paulinus formosus juvenis fuisset occisus, petiit a Theodosio Augusto, ut sibi ad sancta loca orandi gratia proficisci liceret; qua facultate impetrata, Constanti-nopoli venit Hierosolyma, orationis causam prætexens; et Antiochiam magnam ingressa, panegyricum sermonem in curia dixit de ipsa Antiochia ejusque senatu, sedens in aurea curuli sella, regalibus gemmis distincta; eique a civibus plausum est; eidemque dedicata fuit intra ipsam curiam aurea imago, et in urbano museo ærea statua, quarum utraque ad hanc usque diem manet. Tum muneribus Antiochenæ urbi donatis... multa Hierosolymis struxit ædificia, et sanctum quoque murum Hierosolymitanum instauravit, dicens Davidem de se ipsa verba illa protulisse: In beneplacito (εὐδοκίᾳ) tuo ædificabuntur muri Jerusalem, Domine. Cumque Hierosolymis domicilium constituisset, ibique regale sibi sepulcrum parasset, excessit e vita, et eadem in urbe est deposita. Morti vero proxima, jurejurando affirmavit, nihil ad se pertinere calumniam, quam Paulini causa sibi intulerant.

Ipse quoque Theodosius obiit; qui fuit specie formosa, candidus, bene compactus, justo naso, pectorosus, nigris superciliis, porrecto capillo, densaque barba vir; idem... magnanimus, gratio-sus, eruditus, populo universo ac senatui charus.

Theodosio et Valentiniano regnantibus, expeditionem suscepit adversus Romam et Constantinopolim Atilas, gente Gepida, cum innumero exercitu; isque misso nuntio Romam ad Valentinianum ita

lium jussit occidi.

(16) Hactenus fragmentum prope ad verbum exstat exscriptum apud Malalam p. 22; non tamen sequentia de Eudociæ in urbe Antiochia concione, et de honoribus ei decretis; quæ aliis verbis leguntur partim apud Evagrium Hist. lib. i, 20.

(17) Desunt tres saltem versiculi. Hinc autem rursus Malalas p. 22, et Glycas ed. Paris. p. 261.

(18) Quæ sequuntur de forma corporis Theodosii imperatoris, absunt a Malala; sed conferenda sunt cum dictis ab Ephræmio chronographo (v. 700. seqq.) quem nos edidimus Script. vet. t. III.

(19) Rursus Malalas loc. cit., et Chronicon paschale.

intimavit: Mandat tibi per me dominus meus simul-
que dominus tuus Attilas, ut ei palatium tuum
habeas apparatus.

A διὰ πρεσβευτοῦ αὐτοῦ Βαλεντινιανῷ βασιλεῖ ἐν Ῥώ-
μῃ· Ἐκέλευσέν σοι δι' ἐμοῦ ὁ δεσπότης μου καὶ δε-
σπότης σου Ἀττίλας, ἵνα [εὐπρεπίσης αὐτῷ τὸ πα-
λάτιόν σου.]

FRAGMENTUM III.

Creatus est præfectus Rufinus, Augusti affinis;
sed deinde quasi tyrannidem affectans neci traditus.

Idem Theodosius Chrysaphium amabat cubicula-
rium, cognomine Summane, ut egregia plane forma
præditum, et ei quidquid peteret largiebatur: itaque
is potentia plurima atque fiducia apud eundem pol-
lebat, summamque negotiorum tenebat, cuncta ad
suam utilitatem convertens et rapiens. Erat enim
ubique patronus et præses factionis Prasinæ.

Eodem Theodosio regnante, neomeniæ tempore,
Nicomedia Bithyniæ metropolis quintam suam
calamitatem passa est, solo prostrata, et simul
absorpta mari. Ibi quoque Theodosius multa ædifi-
cia condidit, balnea scilicet, porticus, portum,
atque prætorium, item confessionem sancti Anthi-
mi, ejusque omnes ecclesias.

Eodem adhuc regnante, Isauri prædonum duces
Seleuciam Syriæ occupaverunt, mense Febuario,
consulibus ipso Theodosio et Romoride: prædam-
que egerunt, et regionem vastarunt, facta irrup-
tione per Amanos montes; direptisque omnibus, in
Isauriam reversi sunt.

Sub eodem imperatore, divina indignatione Con-
stantinopolis in primis terræ motu concussa fuit
mensis Januarii die vigesima sexta, noctu; ruitque
urbs a Troadensi porticu usque ad Tetrapylum
æreum; ita ut imperator cum populo, senatu
cleroque, nudipes multis diebus supplicationem
duxerit.

Eodem tempore bellum intulit Romanis Persarum
rex Blasys: quæ re cognita, Romanus imperator
creavit ducem in Orientalibus partibus Procopium
patricium, eumque cum exercitu misit. Cui præ-
lium paranti, misit nuntium hujusmodi rex Per-
sarum: nempe si in ejus cuncto exercitu vir foret,
qui singulari certamine Persam a se deligendum
vinceret, pacis illico in quinquaginta annos se
foedus esse icturum: quod si Romanus vinceretur,

[Προήχθη ἑπαρχος Ῥουφίνος (19')] ὁ συγγενὴς
[f. 65. a.] Βασιλέως καὶ ἐφρονεύθη ὡς μελετήσας
τυραννίδα.

Ὁ δὲ αὐτὸς Θεοδόσιος ἐφίλει τὸν Χρυσάφιον τὸν
κουβικουλάριον, τὸν λεγόμενον Στούμμαν, ὡς πάν-
του εὐπρεπὴ ὄντα, καὶ παρεῖχεν αὐτῷ πολλὰ ὕσα ἂν
ἤτησεν αὐτὸν, καὶ ἡδύναντο παρ' αὐτῷ παρῥησίαν
ἔχων, καὶ κατεῖχεν τῶν πραγμάτων (πρὸς) ἑαυτὸν
ἄγων καὶ ἀρπάζων πάντα³³. ἦν γὰρ πάτρων καὶ
προστάτης τῶν Πρασίνων πανταχοῦ.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου ἔπα-
θεν αὐτῇ νεομηνίᾳ³⁴ Νικομήδεια μητροπολις τῆς
Βιθυνίας τὸ πέμπτον αὐτῆς πάθος, ἐσπέρας βαθείας·
καὶ ἀπώλετο εἰς γαῖαν καὶ εἰς θάλασσαν καταπον-
τισθεῖσα. Καὶ πολλὰ ἔκτισεν ἐκεῖ, καὶ τὰ δημόσια,
καὶ τοὺς ἐμβόλους, καὶ τὸν λιμένα, καὶ τὰ . . . τώ-
ρια³⁵, καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἀνθίμου, καὶ
πάσας τὰς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ παρέλαβον οἱ Ἰσχυ-
ροὶ ληστάρχουντες Σελεύκειαν [τῆς Συρίας, μηνὲ
Περιτίῳ ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου καὶ
Ῥομορίδου· καὶ ἐπραΐδουσιν [f. 65. b.] καὶ ἔστρε-
ψαν τὴν χώραν, ἐλθόντες] διὰ τῶν ὁρέων τῶν λεγο-
μένων Ἀμανῶν³⁶, καὶ πάντα λαθόντες³⁷ ὑπέστρε-
ψαν εἰς τὴν Ἰσαυρίαν.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς Βασιλείας ἔπαθεν ὑπὸ Θεομη-
νίας καὶ Κωνσταντινούπολις πρώτη [ὑπὸ τοῦ]
σεισμοῦ, μηνὲ Αὐδινέῳ³⁸ τῷ καὶ Ἰανουαρίῳ, εἰ-
κάδι· ἕκτη, νυκτὸς, καὶ ἔπεσαν³⁹ ἀπὸ τῶν λεγομένων
Τρωαδησίων ἐμβόλων⁴⁰ ἕως τοῦ Χαλκοτετραπύ-
λου (20), ὥστε⁴¹ ὁ βασιλεὺς ἐλιτάνευσεν μετὰ τοῦ
ὄχλου καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ κλήρου ἀνυπόδητος
ἐπὶ ἡμέρας πολλάς.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἦλθεν πολεμῶν Ῥωμαίοις
Βλάσους βασιλεὺς Περσῶν· καὶ γνοὺς ταῦτα⁴² ὁ βα-
σιλεὺς Ῥωμαίων ἐποίησεν στρατηλάτην Ἀνατολῆς
τὸν πατρίκιον Προκόπιον, καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν μετὰ
ἐξπαιδίου πολεμῆν. Μέλλοντος δὲ αὐτοῦ συμβάλ-
λειν, ἐδήλωσεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Περσῶν, ὅτι Εἰ ἔχει
ὅλον τὸ ἐξπαιδιδόν σου ἄνδρα δυνάμενον μονομαχεῖν,
καὶ νικῆσαι, ἔνα Πέρσην προβαλλόμενον παρ' ἐμοῦ,
εὐθέως ποιῶ τὰ πάντα τῆς εἰρήνης ἐπὶ ν' ἔτη· εἰ

³³ Cod. πάντα. ³⁴ Ita legebam in cod. Sed Malalas ὑπὸ Θεομηνίας, quæ fortasse verior est lectio. Nam sic etiam noster paulo infra. ³⁵ τῶρια quidem evidens est in cod., ante vero latent aliquot litteræ. Supplevi igitur. πραι. Malalas habet θεῶρια. ³⁶ Desunt apud Mal. verba τῶν λεγομένων Ἀμανῶν. ³⁷ Cod. evidenter λαθόντες. ³⁸ Deest hoc vocabulum apud Mal. ³⁹ Deest apud Mal. ⁴⁰ Mendose Mal. συμβόλων. ⁴¹ Cod. οστι, Mal. ὅστις. ⁴² Deest apud Mal.

(19') Supplevi ex Malala p. 24, apud quem le-
guntur etiam sequentia non sine tamen va-
rietatibus, et aliquot apud nostrum incrementis.

(20) De his duobus ædificiis consule Cangium in
Constantinop. christ. lib. II. p. 110 et 178. Rem ha-
bemus etiam apud Chronicon paschale.

δὲ ἡττηθεῖη, λαμβάνειν με κεντηνάρια ν' (21), τὰ ἔξ ἔθους παρεχόμενα. Τούτων δοξάντων, προεβάλετο ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκ τοῦ τάγματος τῶν λεγομένων ἀθανάτων Πέρσιν ὀνόματι [f. 68. a.] Ἀρδαζάνην· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ἀρεόβινδον τὸν Γόθον, κόμισταν ⁴² φοιδεράτων (22). Καὶ ἐξῆλθον οἱ δύο ἑφιπποὶ καὶ ἑνοπλοὶ· ὁ δὲ Ἀρεόβινδος ἐβάστασεν καὶ σόκκαριν (23) κατὰ τὸ Γοθικὸν ἔθος. Πρῶτος δὲ ὁ Πέρσης ὤρμησεν μετὰ τοῦ κόντου· καὶ πλαγιάσας ὁ Ἀρεόβινδος ἐπὶ τὸ δεξιὸν αὐτοῦ μέρος, ἐσόκκευσεν αὐτὸν, καὶ κατήνεγκεν ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ ἐσφαξεν· καὶ λοιπὸν ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐποίησεν πάχτα εἰρήνης· καὶ ἀνελθὼν μετὰ τὴν νίκην ὁ αὐτὸς Ἀρεόβινδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἅμα τῷ στρατηλάτῃ Προκοπίῳ, καὶ εὐχαρισθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως, προήχθη ὑπατος.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Λυκαονίας, ἣν τινα ἐκάλεσεν Λυκίαν, δώσας δίκαιον μητροπόλεως, καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ πόλει Μύρα τῆς αὐτῆς Λυκίας, ἐνθα ἐστὶν Θεοῦ μυστήριον, ὅρος τίχτον ⁴³ πῦρ αὐτόματον. Ὁμοίως δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Συρίαν δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐποίησεν ἐπαρχίαν ⁴⁴, δώσας δίκαιον μητροπόλεως, καὶ Ἀπαμεῖα τῇ πόλει ἄρχοντα. Καὶ Κιλικίαν ⁴⁵ δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δώσας δίκαιον μητροπόλεως, καὶ ἄρχοντα Ἀναζάρβω τῇ πόλει· καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, ἣν τινα ἐκάλεσεν Ὀνωριάδα ⁴⁶ εἰς ὄνομα τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ Ὀνωρίου, δώσας δίκαιον μητροπόλεως, καὶ ἄρχοντα Ἡρακλεία τῇ πόλει τῆς Πόντου.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπεθολοῦτο τὰ περὶ Νεστορίου (24)· καὶ ταραχῆς γεναμένης ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτὸν, ἡναγκάσθη ὁ αὐτὸς Θεοδοσίος βασιλεὺς ἀνακαλέσασθαι τὴν σύνοδον τῶν σμ' ἐπισκόπων ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου· καὶ καθελόντες ἐξέβαλον τὸν αὐτὸν Νεστόριον ἀπὸ τῶν ἱερῶν δυπτύχων (25).

Ἐν αὐτῷ δὲ καιρῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ διάγουσα χήρα ἡ δέσποινα Εὐδοξία, ἡ γεναμένη γυνὴ ⁴⁷ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως, θυγάτηρ δὲ Θεοδοσίου καὶ Εὐδοκίας, λυπούμενη κατὰ Μάξιμου τοῦ τυράννου, τοῦ φονεύσαντος τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ βασιλεύσαντος, προετρέψατο Γινζίριχον τὸν Οὐάνδαλον τὸν ῥῆγα τῆς Ἀφρικῆς ἐλθεῖν κατὰ Μάξιμου βασιλέως, καὶ ⁴⁸ τῆς Ῥώμης· ὅστις ἐξαίφνης εἰσῆλθεν ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ μετὰ πλήθους, καὶ παρέλαβε τὴν πόλιν Ῥώμην, καὶ ἐφόνευσεν τὸν Μάξιμον βασιλέα, καὶ πάντας ἀπώλεσε.

⁴² Cod. hic. κόμιστα. ⁴³ Deest apud Mal. ὅρος τίχτον. Est autem hic notissimus mons Chimæra. ⁴⁴ Mal. mendose tantum ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπαρχίας. ⁴⁵ Cod. mendose Λυκίαν. ⁴⁶ Mendose Malalas Ὀνωρίδα. ⁴⁷ Perverse Malalas ἡ γενομένη χήρα. ⁴⁸ Male connectit Malalas βασιλέως τῆς Ῥώμης.

(21) Pericopa a verbis et δὲ deest apud Malalam; exstat tamen in codice quamvis hic partim obli-
terato, cui suppetias fert Hamartolus ineditus, qui hoc loco cum codice nostro congruit.

(22) Nempe Gothorum, qui jamdiu erant Romanorum foederati.

(23) En veram scripturam σόκκαριν, quæ aliorum

quinguenta se librarum centenaria accepturum, quæ jam pendi solebant. Conditione accepta, rex Persarum delegit de agmine, quod dicitur immortalium, virum Persam nomine Ardazanem; Romani vero Areobindum Gothum, foederatorum comitem. Uterque igitur in equis armatus prodiit, Areobindus autem soccarim quoque more Gothico secum tulit. Primus cum conto fecit impetum Persæ; sed Arcobindus dextrorsum in latus semet obliquans, soccarim Persæ injecit, detractumque ex equo interemit. Quod ergo reliquum erat, rex Persarum pacis foedus composuit. Ipse autem a victoria rediens Arcobindus Constantinopolim, cum duce Procopio, gratis ei ab Augusto actis, factus est consul.

B

Idem imperator novam provinciam fecit, a Lycaonia abscindens, quam Lyciam appellavit, dato ei jure metropoleos, et præside urbi Myrorum ejusdem Lyciæ, ubi et visitur Dei miraculum, mons spontaneum ignem parturiens. Æque idem imperator Syriam secundam a prima separans, novam fecit provinciam, dato pariter metropoleos jure, et urbi Apameæ præside. Ciliciam item secundam a prima sejunxit, provinciam novam efficiens, concesso jure metropoleos, et Anazarbo urbi præside. Denique et aliam provinciam a Bithynia avulsit, quam Honoriadem de patris sui Honorii nomine dixit, non sine jure metropoleos, attributoque præside Ponticæ urbi Heracleæ.

C

Eodem regnante, Nestorii perturbatio contigit. Tumultu enim ex ejusdem concione coorto, coactus est Theodosius convocare concilium cccxi episcoporum Ephesi adversus ipsum Nestorium. Itaque depositus fuit diptychisque expunctus idem Nestorius.

Per idem tempus vidua Romæ degens domina Eudoxia, quæ Valentiniani Augusti uxor fuerat, filia autem Theodosii et Eudociæ, iramque fovens contra tyrannum Maximum, qui viro suo interfecto, imperium arripuerat, Genserichum Vandalum, Africae regem, exstimulavit, ut contra Maximum imperatorem Romamque veniret: isque subito accedens, Romanam urbem occupavit, Maximum imperatorem occidit, et generalem stragem edidit.

D

auctorum mendosa vocabula coarguit. Erat autem id laquei genus, quo Gothi utebantur in præliis ad hostes irretiendos, et sic facilius cecidendos. Legatur hic Chilmeadi adnotatio ad Malalam.

(24) Paulo aliter Malalas.

(25) Item aliter Malalas.

FRAGMENTUM IV.

Quum fieret imperatorius processus in Hebdomo, A domini nostri Justiniani Augusti coronam amiserunt vestiarii, quæ octo post menses inventa est a comite prætore, cognomento Dapundarista, in qua et unicum margaritum et reliqui omnes pretiosi lapides manserunt incolumes.

Mense Octobri, indictione quarta decima, dum ludi equestres fierent, ingressus est hippodromum elephas, cui Indorum legatus insidebat. Mense Januario, indictione tertia decima, depressum fuit in sacris diptychis Mennæ archiepiscopi nomen, primoque loco recitabatur nomen Vigilii Romani pontificis. Mense Martio, indictione tertia decima, elephas de stabulo suo noctu prodiit, multosque homines interemit aut debilitavit. Mensis Aprilis die sexta decima, indictione decima tertia, contigit vespere conflictus Prasinovenetorum in hippodromo, cum ludi equestres non fierent, multique mortales perire, quidam etiam de popularibus acerba vulnera pertulerunt... Quin adeo factiosi in officinas etiam irruerunt, et deinde si quid Joannis cognomento Coccorobii inventum est, diripuerunt: quo in conflictu adolescens quoque Pamphemus occisus est de gente quæ appellatur Hagiothei.

Mensis Junii die vicesima octava, feria tertia, indictione eadem, post consulatum Basilii anno nono, acta sunt encænia Sanctorum Apostolorum,

⁴⁹ Male apud Theophanem θέα. De vocabulo λιθέα Theophanes, ad retinet cum nostro Malalas.

(26) Supplementum hoc sumo ex Theophane p. C 192, cui consonat Cedrenus p. 375.

(27) En evidenter hominem, qui Justiniano vivente scribit; neque enim nisi viventes principes dominos nostros appellamus. Eadem locutio infra bis recurrit. Et quidem hunc domini nostri titulum omittunt prorsus Malalas, Theophanes et Cedrenus, utpote juniores auctores. In codice Rom. basilicæ Sessorianæ, quem vidi, leguntur litanie quædam cum his acclamationibus: Domno nostro Nicolao a Deo coronato, summo pontifici et universali papæ, vita. Deinde: Domno nostro Hludovico Augusto a Deo coronato, magno, pacifico imperatori, vita et victoria; ejusque præcellentissimis filiis, regibus vita. Quis, inquam, his lectis, non agnoscit, ipsas litanias scriptas fuisse viventibus Nicolao I. PP. et Ludovico II imp., ad quam reapse ætatem Sessorianus colex pertinet? Nemo ergo item dubitet, quin Tusculana fragmenta ex historico opere reliqua sint, quod Justiniano I regnante compositum fuerit.

(28) Silent hunc coronæ inventorem Theophanes et Cedrenus.

(29) Sic omnino, quanquam aliis verbis, etiam Theophanes p. 192. Anastasius item Bibliothecarius in Historia ed. Paris. p. 64: Januario vero mense suppositum est nomen Mennæ patriarchæ Constantinopolitani, et propositum ei nomen Vigilii præcellens in diptychis. Locus nobilis ob adserendum Pontificis Romani primatum. Est autem omnino corruptus Malalas in editione p. 79, ubi utriusque, tam Mennæ quam Vigilii, nomen expunctum e diptychis fuisse dicitur. Revera post voc. πάπα Πώμης excidisse arbitror e libro Malalæ verba duo πρῶτον ἐλέγετο, quæ noster retinet.

[Προκένσου δὲ γενομένου ἐν τῷ Ἑβδομῳ, ἀπώλεσαν οἱ [f. 65, a] βεστήτορες τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως (26)] ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ (27)· καὶ μετὰ μῆνας ὀκτὼ ἠύρεθη διὰ κομίτα πραιτωρὸς τοῦ ἐπίκλην Διαπουνδαριστοῦ (28), ὅπου καὶ ἐν μαργαριτάρειν, καὶ πᾶσα δὲ ἡ λοιπὴ αὐτοῦ λιθέα ⁴⁹ ἐσώθη.

Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ, ἀχθέντος ἱππικοῦ, εἰσῆλθεν ἐλέφας καὶ πρεσβευτῆς Ἰνδῶν εἰς τὸ αὐτὸ ἱππικόν. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ, κατεβιδάσθη τὸ ὄνομα Μηνᾶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρῶτον ἐλέγετο (29). Μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ, ἐξῆλθεν ἐλέφας ἀπὸ τοῦ στάβλου αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ πολλοὺς ἐφόνευσεν καὶ ἐκύλλωσεν. Μηνὶ Ἀπριλίῳ, ἐξκαιδεκάτῃ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ, ἐγένετο συμβολὴ Πρασινοθενέτων δειλινῆς ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, μὴ ⁵⁰ ἀγομένου τοῦ αὐτοῦ ἱππικοῦ, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον, τινὲς δὲ καὶ θραύματα... ἐκ τῶν δημοτῶν ἐψωδινη[ρὰ]... ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἐργαστήρια εἰσῆλθον οἱ δη... [καὶ ἤρπασαν εἰ τι ἡῦρον ἐπάρχου τὸ λοιπὸν τοῦ Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Κοκχοροβίου· ἐν ᾗ μάχῃ ἐσφάγη καὶ εἰς νεώτερος Πάνφημος τῆς γαιτνίας τῶνδ' Ἀγιοθέου ὀνομάτων.

Μηνὶ Ἰουνίῳ, εἰκάδι ὀγδόῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἰνδικτιῶνι τῇ αὐτῇ, μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου ἔτους ἐνάτου (30), ἐγένετο τὰ ἐγκαίνια τῶν Ἀγίων Ἀποστό-

legatur Cangius. ⁵⁰ Omittit particulam μὴ Theo-

Cupio inspicere ab aliquo codicem Anglicum, unde Chilmeadus Malalam sumpsit; fortasse enim ea verba ibi non desunt; quanquam de Chilmeadi fide dubitare nolo. Certe sub Justiniano, Romanæ sedis reverentissimo, nomen papæ sic fuisse honoratum, non miror; nam præter ejusdem Justiniani testimonium a me in hoc Spicilegio t. VII, præf. p. 28. relatum, accedit aliud prædicti imperatoris in cod. lib. I, tit. 4, in epistola ad Joannem II papam. Reddentes honorem apostolicæ sedi, et vestræ sanctitati (quod semper nobis in voto et fuit et est) et ut decet patrem honorantes Vestram Beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinavimus ad notitiam deferre Vestræ Sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem vestræ apostolicæ sedis, et statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet et incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi Orientalis tractus et subicere et unire sedi vestræ Sanctitatis proparavimus etc., nec enim patimur quidquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, ut non etiam Vestræ innotescat Sanctitati, quæ caput est omnium Ecclesiarum etc. Omnes vero sacerdotes sanctæ catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ, sequentes Sanctitatem Vestram, et custodientes statum et unitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, quam habent ab apostolica Vestræ Sanctitatis sede etc. Hæc a Photianis miti docilique animo legi velim.

(30) Annus nonus post consulatum Basilii, secundum accuratos fastos incidit in Christi annum DL. Quæ ergo sequuntur in fol. 66, posteriora a nostro historico creduntur. Nam quod finis paginæ hujus versæ folii 65, connectatur cum initio paginæ

λων, καὶ κατάρθεις τῶν ἁγίων λειψάνων Ἀνδρέου, Λουκά, καὶ Τιμοθέου ἐν τῷ οἴκῳ τῶν αὐτῶν Ἀγίων Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ διήλθεν ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν αὐτῶν ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὁχήματι βασιλικῷ, κρατῶν τὰς τρεῖς θήκας τῶν ἁγίων λειψάνων εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ· καὶ ἄλλο (31) ἐν ὁχημα βασιλικόν, ὃ δὴ τοῦτον προῆγεν τὰ αὐτὰ ἅγια λείψανα, καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον Μηνᾶν.

Μηνὶ Ἀπριλίῳ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ, [ἐπέμφθη Ναρσῆς [f. 66, a] ὁ κουβικουλάριος (32) εἰς Ῥώμην ἐπὶ τῷ πολεμῆσαι τοῖς Γόθοις τοῖς κρατοῦσιν τὴν αὐτὴν Ῥώμην· ὅτι μετὰ τὸ παραλαβεῖν Βελισάριον πα... (33) τὴν αὐτὴν Ῥώμην πάλιν παραλημφθεῖσαν ὑπὸ τῶν αὐτῶν Γόθων.

Μηνὶ Ἰουνίῳ, εἰκάδι ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνι τῇ αὐτῇ, ἐδέχθη ὁ ἐπίσκοπος Ῥώμης Βιγίλιος παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν δεσπότη· ὅτι ἦν ἀπὸ θύσεως αὐτοῦ, καὶ ἦν προσφυγὼν εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον ἐν τοῖς ἐπίκλῃν Ὀρμίσδου⁵¹. Καὶ ἐπεμφεν ὁ εὐσεβὴς ἡμῶν δεσπότης κόμιταν τὸν πραιτωρα τὸν ἐπίκλῃν Διαπουνδαριστήν· καὶ γέγονεν στάσις μεγάλη· καὶ ἀπῆλθεν ὁ Βιγίλιος πάπας εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν ὁ κόμιτας τοῦ πώγωνος (34), ὥστε ἐκβαλεῖν ἐκ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου· καὶ ἐκράτησεν ὁ ἐπίσκοπος τὸ κιόνιον τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ἐπεσεν ἡ ἁγία τράπεζα εἰς τὸ ἔδαφος· καὶ ὕστερον ἀπῆλθεν ὁ αὐτὸς πάπας ἐν Χαλκηδόνι⁵² πόλει [εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἀγίας Εὐφημίας· τέλος δὲ ἐδέχθη ὑπὸ μεταμεληθέντος (35)] εὐσεβεστάτου ἡμῶν [f. 66 b] δεσπότη ὁ αὐτὸς πάπας Βιγίλιος.

Καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότη, μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνι τεσσαρεσκαιδεκάτῃ⁵³ ἐγένετο σεισμὸς μέγας καὶ φοβερὸς ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ τῆς

⁵¹ Corrupte Malalas Ὀρμοδίου. ⁵² Cod. Καλχηδόνι, quam in hoc vocabulo metathesim in Latinis quoque codicibus interdum vidi. ⁵³ Ita cod. non τέσσαρες sed τέσσαρις, uti constanter usuvenit in cod. Vaticano sacrarum bibliorum.

rectæ folii 66, sole meridiano evidentius est. Etenim verba μηνὶ Ἀπριλίῳ, ἰνδικτιῶνι τρισκαιδεκάτῃ (quod est tempus, teste Theophane p. 192, expeditionis Narsetis in Italiam) concludunt folium 65 b; statim autem initio folii 66 a, prosequitur Narsetis bellum contra Gothos Italicos. Igitur si forte præposuisssem folium 66 folio 65, hunc rei gestæ cursum, et narrationis nexum prorsus abruptissem. Et quidem etiam Theophanes, p. 192, de amissa et recuperata Justiniani corona (apud nos fol. 63) ante loquitur quam de Syriæ terræ motu (apud nos fol. 66). Item Malalas ante hunc terræ motum, narrat non solum Genserici adversus Romam expeditionem, sed etiam alia quædam, quæ noster in folio 65 scripsit. Res tamen Vigiliæ me turbabant; namque Anastasius et Theophanes præpositum Menæ in diptychis Vigiliū narrant, postquam illam ejusdem fugam ad S. Sergium scripserant. Vel prædicti itaque historici, vel noster, rem aliquantum pervertunt; quod magnopere non miror; namque et alia sunt hujusmodi in his auctoribus.

(31) Ambigua mihi sunt aliquantum quæ hic sequuntur de his reliquiis. Attamen Anastasius

et repositio sanctarum reliquiarum Andreae, Lucae, ac Timothei in æde ipsorum Sanctorum Apostolorum Constantinopoli. Processit nimirum episcopus Menas cum ipsis sanctis reliquiis regali plaustro insidens, tresque sanctarum reliquiarum thecas genubus suis gestans: procedebatque aliud regium æque plaustrum ante sacras reliquias et Menam pontificem.

Mense Aprili, indictione tertia decima, missus fuit Narses cubicularius Romam pugnaturus adversus Gothos, qui eandem Romam tenebant. Etenim Romam, quam bis jam Belisarius receperat, denuo Gothi occupaverant.

B Mensis Junii die vicesima septima, eadem indictione, receptus fuit Romanus episcopus Vigilius a religioso domino nostro. Antea enim se ab hujus conspectu subduxerat, fugeratque ad sanctum Sergium in loco qui dicitur Hormisdæ. Quamobrem miserat religiosus noster dominus comitem prætorem, cognomento Diapundaristam; magnoque concitato tumultu, confugerat Vigilius papa ad sanctum altare, ubi eum comes manu in barbam injecta corripuit, ut ex altari ejiceret; sed enim episcopus sacræ mensæ columellam amplexus est, ita ut in pavementum mensa deciderit. Deinde vero idem papa Vigilius ad urbem Chalcedonem se contulerat, manebatque apud ecclesiam Sanctæ Euphemie. Postremo religiosissimus noster dominus pœnitentia tactus eundem in gratiam recepit papam Vigilium.

Eodem anno, regnante religiosissimo domino nostro, mensis Julii die sexta, indictione quarta decima, horrendus accidit terræ motus in universa Orientis regione, in Arabia, inquam, totaque

duplicem earundem reliquiarum translationem narrat.

(32) Sumpsī hæc verba ex Theophane p. 192. Eadem fere scribuntur a Cedreno p. 575.

(33) Duo vocabula legi nequiverunt in codice. Scimus autem bis Belisarium recepisse Romam a Gothis totidem vicibus occupatam. Quinta demum vice, ut ait Nicophorus Call. xvii, 43, Narses eam Romano imperio vindicavit.

(34) Narratio hæc, ut jam dixi, exstat aliis verbis apud Theophanem p. 191; necnon breviter Latine apud Anastasium Bibliothecarium in Hist. p. 64. Neuter tamen meminit Diapundaristæ comitis ad capturam missi, et quod hic sacrilege barbam pontificis corripuerit. Pauciora prædictis scribit Malalas p. 79. Porro notissimum est, Vigilium hanc persecutionem fortiter pertulisse, ne Anthianum patriarcham hæreticum officio suo restitueret, quam rem a Vigilio postulabat Theodora Augusta Justiniani uxor.

(35) Oblitterato hic codice, hæc suppleo ex historia, de qua consule Baronium ad an. DLI et DLI cum Pagio, quorum uterque ordinationi nostræ favet.

τοὺς ἀργοὺς κατακρίνη μὴ ποιῶντας τὰ ὅμοια· εἰ δὲ ἀπορήσει τις λέγων· Πῶς ἐνεχώρει τὸν ἐν πράγμασιν ὄντα, καὶ τοῖς βασιλείοις ἀναστρεφόμενον, πάντως ποιεῖν τοῦτο καθ' ἡμέραν ἀνενδύτως καὶ ἀπαραβάτως τρίτην, ἔκτην, ἐννάτην; λεκτέον ὅτι ἡ ἐν λογισμῷ ἐποίει τὰς εὐχὰς, ὅτε οὐκ ἦν δυνατὸν κατ' οἶκον ἀπελθεῖν, ἢ ὅτε ἐνεχώρει λοιπὸν ὥραν ἔκτην ἐποίει οὐ μόνως τὰς τῆς ἔκτης προσευχὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς τῆς τρίτης ἃς ἐχρεώσται ποιῆσαι σωματικῶς.

ιβ'. « Δόγμα Μήδων καὶ Περσῶν. »

« Ὅτε διὰ τῆς ὑποσχέσεως ἔσχον ὦν ἡθελον ἐνέχυρα, τότε ἐποίησαντο καὶ τὴν κατηγορίαν.

ιε'. « Ἐσφραγίσατο. »

Ἐπίτῃδες εἶπε τὸ ὅτι σὺ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, ἵνα δείξῃ ὅτι διὰ θεοσέβειαν ἐμαρτύρησε, καὶ ὅτι τοῦτο ᾔδεισαν πάντες ὅτι συνεχῶς ἐδέετο τοῦ Θεοῦ· δι' ἣν αἰτίαν καὶ ἐπεβουλεύθη.

κγ'. « Ὅτι ἐπίστευσε τῷ Θεῷ. »

Αὕτη τελεία πολιτεία, εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ ἐν πίστει καὶ ἀρετῇ, πλήν καὶ ἁμαρτοτον εἶναι παρὰ ἀνθρώποις.

κδ'. « Ἐνεβλήθησαν αὐτοί. »

Τοῦτο γέγονε πρὸς φόβον τῶν πολλῶν, ἵνα μὴ τοῖς ἁγίοις ἐπέρχωνται· πλήν εἰκὸς καὶ χαρῆναι αὐτοῖς, ὡς ἐκποδὼν γεγονότος τοῦ ἀντιζήλου αὐτῶν.

INDICES ANALYTICI

RERUM AC VERBORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

IN BASILIUM SELEUCIÆ EPISCOPUM.

A

Abel Christi umbra, 20. Abel cur ante Adamum et Evam mortuus, 20. Abel prius mentem obtulit quam sacrificium, 22, 79, 143. Abel a fraterna manu occisus, 29, 30, 44. Abel celebratus in Scriptura sancta, 79. Abeles primus pastor, 143.

Abraham a Deo tentatur, 59. Abraham patientiæ simulacrum, 59. Abraham ut sit pater gentium per Christum, 43. Abraham cur cecidit consilium de filio mactando, 41. Abraham in Scriptura divina commendatus, 80. Abraham ob Dei charitatem sprevit naturæ leges dum immolat Isaac filium suum, 44. Abraham animi firmitudo, 40. Abraham certamen cum natura, 59. Abraham humilitas, 184. Abraham fides, 58, 59.

Absalon coma suspensus, 86.

Adam nominat omnia terræ animantia et volatilia cæli, 8. Post Adam mulier et non cum Adamo efformatur, 9. Contra Adam sententia fertur, 18, 20. Adam, Adam, appellatio Dei miserentis, 17, 140. Adæ cranium in Calvarie monte inventum, 199. Adamus contra naturam mortem accivit, 20. Adami Eva solatium, 8, 9. Adami peccato nudetur incarnatio, 18. Adamo, jejunii lex scripta in paradiso, 12. Adamo cur Deus interdixit arbore, 12, 13, 14.

Adventus Salvatoris contra Judæos demonstratur, 194 et seq. usque ad 205.

Ægyptiaca lege natus puniebatur et generatum esse crimen erat, 52.

Ægyptiorum dii, 54. Ægyptiorum mors in mari 53. Ægyptiorum idololatria, 54, 54. Ægyptiorum pravi errores, 54. Ægyptiorum plagæ, 53.

Adulterii gravitas, 104. Adulterio gravius homicidium, 161.

Alexander Antiochiæ præfectus Theclæ amore captus, 255. Theclam in judicium capit, 267. Alexandri ad præsidem de Thecla oratio, 265. Alexandri chlamydem lacerat Thecla et coronam detrahit, 267.

Alexander rex Persarum quando regnavit, 203.

Amanes in crucem sublatus et quo tempore, 203.

Amor Dei in homines, 17. Amor ardens Petri in Christum, 168. Amor ab oculis incipit, 255, 256. Amore hominum nequit expleri Deus, 17, 28. Amores deorum seu demonum cur ipsimet fabulati sint, 52.

Angeli non vocantur filii Dei in Genesi sed solum homines, 52. Angeli graviter ferunt peccari ab hominibus, 26. Angeli vindictæ ministri, 108. Angeli Deo ministrant,

6. Angeli incorporeales, 51. Angelorum ordines, 207. Cum angelis agit Elias, 66.

Anima natura immortalis est, 181. Animæ pabulum divinorum cognitio, 90. Animæ morbos Christus sollicitius curat quam morbos corporis, 181. Animæ donum Dei gratum, 26. Animæ vulnera lacrymis curantur, 102. Animam olim cum corpore Christus sanabat, 186, 187.

Animalia nominantur ab Adam, 8. Animalia munda ab immundis cur Noemus discreverit, 54, 55. Animalia nova cur non creavit Deus? Cur vetera in Arca servari voluerit, 56. Animalium cur alia munda, alia immunda, 54.

Animi excelsi ruinæ expositi fugiendi, 151, 153.

Annuntiatio sanctissimæ Deiparæ, 205, 206.

Antiocheni quales, 256.

Antiochia Syrorum urbs, 255. Antiochiæ primum Christiani appellati, 255.

Apollinarii hæreses, 16, 123, 124.

Apostoli Christi erant piscatores, 160, 161, 162. Fiunt piscatores hominum, 162. Apostolorum paupertas, 120. Apostolorum ignorantia, 157, 158. Apostolorum promptitudo in sequendo Christo, 162. Apostolorum vocatio, 162.

Aqua in vinum conversa, 186. Aquæ Deo parent, 125, 126, 158. Aquarum congregatio in creatione mundi, 4.

Arbitrium abusu peccati parens, 181. Arbitrii libertas peccato non violatur, 12, 13.

Arcam ædificat Noemus obsequens divinis præceptis, 27, 28. Arca cur fabricata, cum absque illa Noemum Deus servare potnerit, 27. Arca quomodo in montes non sit impacta, 29. Arca mundus alter, 36. Arca mundi habitabilis simulacrum, 36. Depositi servatrix, 36, 37. Crucis usum navigantibus præstitit, 36, 37. Arca ferebatur super aquas, 29. Arca super montes Armeniæ requievit, 37 et 533. Arca crucis figura, 37. Arcæ laudes, 57, 58.

Arius Dei Filium creaturam esse docebat, 16. Arii hæresis, 16, 123, 124, 153, 154, 170, 171.

Arma in dæmones quæ, 83.

Arses Nothus rex Persarum quo tempore regnavit, 203.

Artaxerxes Cyri junioris frater rex Persarum quo tempore regnavit, 203.

Artaxerxes Longimanus rex Persarum quo tempore regnavit, 203. Esther Mardochei filiam duxit, 203.

Astrorum in cælo infixio in creatione mundi, 4.

Auditorum φιληχοῖα, 175.

Augustus imp. quandiu imperavit, 204.

Avium nubes pluit in deserto, 163.